

annos ferme octo usq[ue] ad mortem in custodia detinuit captiui.  
**E**t ab hinc principes terre gelrensis ducis esse ceperunt: titulo  
 comitatus de zutphania retento usq[ue] in hodiernu[m] diem. **E**t  
 hoc ipso anno. vij. Idus octobris obiit pater eius in captiuitate.  
**M**ortuo frederico ep[iscop]o traiecten[si]. duo in dissensione fuerunt no-  
 minati. **J**acobus decanus maioris eccl[esi]e a maiore parte capti fuit  
 electus: et **J**acobus sudensis ep[iscop]us ad instantiam v[er]u[m] helmi co-  
 mitis hollandie a minori parte postulatus est. **S**ed prior **J**acob[us]  
 decanus preualuit. et in ep[iscop]um traiectens[em] confirmatus  
 fuit. quo in breui mortuo: canonici maioris eccl[esi]e unanimiter  
 elegerunt **J**oannem de bruchorst eccl[esi]e sancti saluatoris in tra-  
 iecto prepositum virum optima[m]: qui mox regimen et admi-  
 nistrationem totius ep[iscop]atus ut uerus pontifex canonicis ex-  
 lectus assumpsit. **I**nterea uenit ex auinionis **J**oannes de di-  
 est canonicus prepositus in ep[iscop]um traiectens[em] eccl[esi]e  
 a **J**oanne papa. xxij. ad instantiam **J**oannis ducis brabantie  
**R**emhardi ducis gelrie et **V**ilhelmi comitis hollandie or-  
 dinatus et consecratus. qui armata manu cum magno appa-  
 ratu traiectum ingressus pulso **J**oanne de bruchorst electo  
 pontificatum assumpsit quem annis ferme. xij. gubernauit.  
**A**nno quoq[ue] prenotato iudeus quidam baptismum in hamoria  
 suscipiens a **V**ilhelmo comite hollandie hamornesq[ue] de sa-  
 tro fonte leuatus est. **Q**ui tr[an]siens et reuersans inter christia-  
 nos deuotum se fingebat malicia iudicia repletus. **N**am uice  
 quadam transiens in eccl[esi]a cuiusdam monasterij solus ima-  
 ginem beate marie semper uirginis pulcherrime depicta[m]  
 indignus conspexit. **Q**ui ueteri mox odio innatoq[ue] furore  
 repletus pugionem extraxit. prorumpensq[ue] in uerba blasphe-  
 mie contra sanctam dei genitricem. nitidam imaginis faciem  
 configens imp[er]ter vulnerauit. **E**t eccl[esi]e confestim sanguis ab  
 imagine vulnerata copiosus erumpens circumfluere cepit.  
**Q**uid terrens infelix de eccl[esi]a latenter aufugit. **S**anguis aut  
 a fidelibus reseruatus multis exordiniibus medela fuit.  
**V**erum posteaq[ue] tanti sceleris auctor aliqui diu latuisset nec

**F**edericus ep[iscop]us  
traiectens[is] obiit  
**J**acob[us] successit

**J**oannes fit ep[iscop]us  
traiectens[is] eccl[esi]e  
post **J**acobum.

**J**udei baptizati  
p[ro]p[ter] nefand[um]  
q[ue] b[ea]tum uirgine.

**M**iraculum b[e]n[e]  
u[er]gine[m] magnam.